

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei
Preceptori et Fratribus

Hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Livonia

Salutem et apostolicam Benedictionem

De concordia fratrum Theutonicorum Livonie, cum Rege Dacie.

Ea, que iudicio, vel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere, et ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, convenit apostolico presidio communiri. Exhibita siquidem nobis vestra petitis continebat, quod cum inter vos, ex parte una, et carissimum in Christo filium nostrum Regem Dacie Mastrem, ex alia, super Revalia, Gema, Wironia, Aria, et rebus aliis questio exorta fuisset, tandem mediantibus venerabili fratre nostro Episcopo quondam Mutinensi, Penitentiario nostro, apostolice Sedis Legato, et aliis bonis viris, inter

partes amicabilis compositis intervenit, quam apo-
stolico petivistis munimine roborari. Nos igitur
vestris iustis precibus inclinati, compositionem si-
cut, secundum premissa, provide facta est, et ab
utraque parte sponte recepta, et hactenus pacifice
observata, nec non in literis super hoc confectis ple-
nius dicitur contineri, auctoritate apostolica
confirmamus, et presentis scripti patrocinio com-
munimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostre confirmationis infringere, vel ei-
ausu temerario contraire. Siquis autem hoc at-
temptare presumpserit, indignationem Dei omni-
potentis, et beatorum Petri, et Pauli apostolo-
rum eius, et nostram se noverit incursum.

Datum Anagnine VIII. Kalendas Octobris anno Primo.

Descriptum, et recognitum ex autographo Regesto literarum apo-
stolicarum s. r. Innocentii PP. IV. an. I. epist. 134, quod adser-
vatur in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fidem hic

me subscripsi, et solito signo signavi.
 Dabam e Tabulariis praefatis XVIII. Kalendas Junii MDCCCXXXVII.
 Indictione X. Pontificatus vero Nmi in Christo Patris, et Dni
 nri, Dni Gregorii Div. prov. PP. XVI. Anno VII.



M. Marini
 Tabular. S. R. E. Praefectus

MDCCLXXVII
The Bishop of ...
in ...

[Faint handwritten text, possibly an address or signature]



[Extensive block of faint, mostly illegible handwritten text]